



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Godefridus Comes. 13. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

36 VITÆ SANCTORUM. 13. Ian.

S. GODEFRIDUS COMES. 13. Ian.

Duxit GODEFRIDUS Cappenbergensis Comes genus suum ē Regio sanguine. Prædantium suorum militum licentiam, si quisquam alias, frenavit, gnarus militum prædam Ducis esse futurum. Arcem suam in cænobium vertit, & D. Norberti familiæ transscripsit, cum omnibus fortunis, quibus præclarum auctarium unà cum fratre Ottoni ipse accessit. Viderunt hoc multò ante in somnis illi, qui de Cappenbergensi arce vel columnam flammantem, vel civitatem nive nitidiorem in cælum viderunt assurgere. Et verò multa, quò moram tam sanctis consiliis injiceret, molitus est cognatus sanguis, nunquam non Deo hæreditatem invidens; sed ille, uti alia humana omnia, ita hæc et jam insuper habuit, conjugèque inter Sanctimoniales relatâ, Norberti institutum avidissimè arripuit. In hoc accerimus sui hostis, & gloriosissimus viator, vix quidquam cibi sumere est visus, tantum lacrimis ineibriari. Cæli cupidissimus missionem corporis accepit anno M. C. xxxvi. cùm moriturus illa audisset: *Exite obviam ei*, & venientem ē cælo comitatum amicissimè salvere iussisset. Secundum mortem nepti suæ multâ luce vestitum, & coronâ conspicuum se ostendit.

Ian.
Jan.
per-
gio
um
vit,
fur-
tit,
it,
rx-
to-
an-
en-
vel
vi-
quò
er,
am
il-
er-
ter
tu-
ri-
or,
an-
no-
il-
af-
â-
se-
n-
14.Ian. VITÆ SANCTORUM. 37
ostendit, quæ illa legentibus loquebatur:
Indit me Dominus vestimenta salutis, &
tanquam sponsam decoravit me corona.
Pulchrè certe honorum cupidos alta
conscendere GODEFRIDUS docet.
Comitem abjecit, ut Rex esset. Ex Surio.

Amor æternæ vitæ & spiritualis stu-
dium sapientiæ velut in summa cordis tuæ
constitutum arce præcellat; quatenus dura
fragilem hanc vitam cum sua sapientia ade-
spicis, repleri divino spiritu, qui ad æter-
nam te provocet gloriam, felici vicissitu-
dine, mercaris. B. Bet. Dam. l. 8. Ep. 9.

S. FELIX NOLANUS. 14.Ian.

FELIX Nolanus cum fratre germano ita convenit, ut ignobilior here-
ditatis portio, id est terra fratri, melior
verò, hoc est, cælum FELIX cederet,
ut qui Christo militaret, germano Imperatoris castra sequente. Ita divisis vi-
ta studiis FELIX sacris est initiatus, ob
fidem deinde in vincula conjectus ab
impiis, sed exemptus ab Angelo, ius-
sus est emeritum Præsulem Maximum
quærere. Eum in eremo repertum se-
mianimen precipus primò, dein uvis,
quas de spinis legerat, recreatum domum
suam deportavit. Hinc cum denuò hostes
ei imminerent, occæcati divinitus,
quem auribus suis loquentem audierant,
apertis oculis non viderunt. Fugiente

C 3

porrò,